

## JUBILÉ.

(*Communiqué par l'Evêché*)

Nous donnons le texte de nouvelles décisions de la S. Pénitencerie sur le Jubilé actuel, et nous y ajoutons, pour tenir lieu de traduction, quelques explications sur les points qui peuvent le plus intéresser les lecteurs de *la Semaine Religieuse*.

Beatissime Pater,

Episcopus N....., ad pedes Sanctitatis Vestræ humiliter pro voluntus, occasione Jubilæi nuper indulti, sequentia expostulat :

I.—An valeant pro dicto Jubilæo declaraciones Sacræ Pœnitentiariæ Apostolicæ die 25 martii 1881 editæ ?

II.—Quatenus renoventur dictæ declaraciones, supplicat : 1. Ut opera pro Jubilæo injuncta, vel eorum aliqua, Confessarius nou semel tantum, sed pluries, erga violentem Jubilæum pluries lucrari, commutare possit ; —2. Ut ea commutare et super communione cum pueris communionis nondum capacibus dispensare valeat etiam extra actum sacramentalis confessionis ; —3. Ut iis qui cum fidelibus ex altera parœcia ejusque Parocho vel sacerdote rite deputato templo processionaliter visitant, applicari possit ab Ordinario beneficium reductionis visitationum.

III.—Cum Bulla inductionis Jubilæi statuat tria templo ab Ordinariis aut de eorum mandato ab iis qui curam animarum exercent pro visitationibus peragendis esse designanda, an Episcopus consulto a designatione abstinere possit, et mandare singulis Parochis Civitatis aut loci ut templo a suis parochianis visitanda designent ? Ita forsan commoditatí fidelium consultur, cum certum sit a singulis Parochis. varia templo, et parœciæ propriæ respectivæ viciniora, designanda fore.

IV.—An ipse Episcopus possit varia templo a singulis civitatis aut suburbiorum parœciis visitanda designare ?

V.—An fidelis possit ad lucrandum Jubilæum ecclesiam vel ecclesias loci, in quo non habet domicilium aut quasi domicilium, visitare ?

VI.—An censeatur processionaliter facta, ideoque sufficiat ad beneficium reductionis visitatio ecclesiæ peracta prout sequitur ? Fideles ad ecclesiam stationalem indicatam e propria domo privatim singuli accedunt ; eis in templo congregatis, elevatur crux, et sacerdos qui processioni præesse debet, una cum fidelibus preces injuncias in commune recitat; dein, cruce præerante, processionaliter ad aliud templum visitandum omnes exercent.

VII.—An valéat pro præsenti Jubilæo absque nova declaracione responso Sacræ Pœnitentiariæ anno 1875 pluries data, vi cuius,